



Examen de maturité 2013

Version latine (option spécifique)

Durée : 3 heures

Matériel autorisé : « *Le Gaffiot* », dictionnaire latin-français de poche, « *Latin 3^e* », éd. Hatier (exemplaire personnel du candidat) et « *Le Petit-Robert* », dictionnaire français

VOYAGER : UN REMEDE ?

Aujourd'hui encore, il nous arrive de vouloir partir pour trouver la sérénité : Sénèque, au premier siècle de notre ère, expliquait déjà à son ami Lucilius qu'un esprit perturbé par les passions ne pouvait espérer atteindre ce but par le voyage.

1 Quid per se peregrinatio prodesse cuiquam potuit ? Non voluptates illa temperavit, non cupiditates refrenavit, non iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit. Non iudicium dedit, non discussit errorem, sed ut puerum ignota mirantem ad breve tempus rerum aliqua novitate detinuit. Ceterum inconstans jam mens quo maxime
5 aegra est lacessitur : mobilior levioremque reddit istam ipsa jactatio. Peregrinatio notitiam dabit gentium, novas tibi montium formas ostendet, invisitata spatia camporum : ceterum neque meliorem faciet neque sanioerem.

Inter studia versandum est et inter auctores sapientiae ut quaesita discamus, nondum inventa jam quaeramus ; sic eximendus animus ex miserrima servitute in libertatem adseritur.

10 Quamdiu quidem nescieris quid fugiendum, quid petendum, quid necessarium, quid supervacuum, quid justum, quid honestum sit, non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus ; peregrinaris enim cum affectibus tuis et mala te tua sequuntur.

Fregit aliquis crus aut extorsit articulum : non vehiculum navemque conscendit, sed advocat medicum ut fracta pars vinciat, ut luxata in locum reponatur. Quid ergo ? Animum tot locis

15 fractum et extortum credis locorum mutatione posse sanari ? Majus est istud malum quam ut gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum, non oratorem, nulla ars loco discitur. Quid ergo ? Sapientia, ars omnium maxima, in itinere colligitur ? Nullum est, crede mihi, iter quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat !

Sénèque, *Lettre à Lucilius 17, 104 (coupures)*

Quid : en quoi
Peregrinatio, onis f. : le voyage
Tempero, are, avi, atum : calmer, apaiser
Refreno, are, avi, atum : freiner
Indomitus, a, um : indompté
Educo, ere, duxi, ductum (+ abl.) : extraire (de)
Discussio, ere, discussi, discussum : dissiper, chasser
Detinuit (s.-ent. : hominem) > detineo, ere, tinui, tentum : distraire
Ceterum : 1. du reste ; 2. mais (à la ligne 6)
Quo maxime aegra est : « par le mal qui précisément l'afflige »
Lacesso, ere, ivi, itum : assaillir de plus belle
Mobilis, is, e : changeant
Levis, is, e : instable
Jactatio, onis f. : l'agitation (provoquée par le voyage)
Invisitatus, a, um : qui n'a pas encore été visité

Versor, ari, versatus sum (inter + acc.) : s'occuper (de)
Quaero, ere, sivi, situm : acquérir (par ex. des connaissances)
Eximo, ere, emi, emptum : arracher
Adsero, ere, serui, sertum (in libertatem) : affranchir
Quamdiu : aussi longtemps que
Supervacuum, a, um : superflu
Peregrinor, ari, atus sum : voyager
Affectus, us m. : la passion
Extorqueo, ere, torsi, tortum : tordre
Luxatus, a, um : déplacé
Sano, are, avi, atum : soigner
Gestatio, onis f. : le déplacement, le voyage
Loco : « par influence du lieu »
Colligo, ere, legi, lectum : ramasser